Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



274

hodie sup omnes celos ascendisti ne delinquas orphanos sed mitte promissum patris in nos spiritum veritatis all'a

Coll'a Concede quesumus omnipotens deus ad completorium. In Ascensione domini xpi in altum ymnus Jhesu nostra redemptio Cap' xpi qui descendit v. Dominus in sancto. Sup. Sunt dimittis a'. Alleluia alleluia exaltatus es all'a super omnes celos aevia all'a kyrie el' xpe el' kyrie el'. Pater noster. Credo in ce. Carnis resurrectionem v. Ascendens xpe in altum all'a. Dominus in sancto. Oremus. Deus cuius filius in altho polorum

Hic cantabitur completorium usque ad pentecosten.

Feria vi. Invitatorium all'a Regem ascendentem in celum. In 1o noct. a'. Exaltare domine in virtute tua all'a cantabimus et psallemus all'a ps. Domine in virtute t. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me all'a ps. Jpm. a' Ascendit deus in iubilacione et dominus in voce tube all'a ps. Omnes gentes. v. Ascendens xpe in altum Actus apl'orum legantur

Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile quae cepit ihesus facere et docere usque in diem qua precipiens aplis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est quibus et praebuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno dei. Et cum conscenderet precepit eis ab ierosolimis ne discederent sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit per os meum. Quia iohes quidem baptizavit aquis vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. t. Ps. i.

Exaltare domine all'a in virtute tua all'a. Cantabimus et psallemus inv.

Igitur qui convenerant interrogabant eum dicentes Domine si in tempo hoc restituis regnum israhel. Dixit autem eis non est vestrum nosse tempora vel momenta. Sed quae pater posuit in sua potestate. Sed accipietis virtutem superveniente in vos spiritu sancto